
INCVNABVLA
Qu 54. kat.komp

Incunabula

Theologia

brosz. 4

Incun. 54



XIV.4.35e

Non Hain Repert. bibliographicum
N. 8384.
Inc. Qu. 57.
JPEd 297
IBP 2686

Secreta sacerdotū Magistri Heinri-ci de Hassia.·:·

Bibl. Jag.

Incipiunt secreta sacerdotum Magistri Heinrici de Hassia Que sibi placent vel displicent in missa &c. Per egregium sacre theologie et iuriscanonici Doctorem Magistrum Michaelem Lochmeyer correcta et in hanc formam redacta.



Sacerdotes plures circa offi

tiū misse aliter ꝓcederent et si aliter docuissent. ideo non est eis imputanduꝫ: quia a suis manualibus minime didicerunt. Unde per ordinē scribā quosdā modos quos vidi mihi displicentes nolens ex hoc dicere ꝙ meus modus sit melior pre ceteris. sed vt duobus vijs hanc que magis placet lector huius cartule gradiatur. habent illi eīn ex instructione manualuꝫ. ceteri vero quod laudabilius est ex vera ratione.

Solent quidam dicta confessione ante altaria genua flectere dicendo collectam pro peccatis. ⁊ merito in aspectu huiusmodi pro incitanda deuotione circumstātiū genuū flectiones faciunt. qui anteq̄ altare accedūt nullas vel paucas pro incitamento ꝓprie deuotionis fecerūt. sic q̄ꝫ ꝙ proprie vtilitati subripiunt alioꝝ edificationi tradere consueuerunt. vnde ergo faciunt sed forte melius facerent si se et alios ad deuotionē ꝑpararent. ¶ Sed diceres. Tempus nō vacat. et si vacaret orare tedet. Uerum est quādoq̄ꝫ nō vacat longum: vacabit autem correptum. Nescis quantam virtutē quinq̄ꝫ verba publicani habuerunt scꝫ Deus propicius esto mihi peccatori. ¶ Item si tedio occuparis nō ideo ante accessum altaris orare ꝑtermittas. quia sepe tediosis labijs. cogitatioīb⁹ dissipatis: affectibus instigatis incipit quod multiplici deuotione terminaẗ. Sicut eīn ex motu corpus incalescit sic exercitatus spūs deuotioībus inardescit.

Tuam crucem adoramus.

Ubi accedentes ad altare crucem digito factā osculātur. et bona est hec ostēsio cuius signi osculati ab hac hora recordantur. Nam etsi hoc faciunt tunc in oīb⁹ subsequentib⁹ actib⁹ disciplinatiores erunt.

Qua hora calix sit preparandus.

¶ Non est nimium sollicitandū veruntamen illud est fatendū ꝙ qui patenā ante ꝑparationē super ipm calicem ponunt aliqñ negligentiā incurrūt videlicet ꝓcedentes anteq̄ꝫ infundunt. qꝛ calicem ꝑparatū credunt quē vacuū inueniūt. Circa quod bona est cautela vt ante ꝑparationē ad latus calicis ponaẗ patena ⁊c̄.

Ut non retrospiciat sacerdos.

Consueuerunt nonnulli multociens infra missam sine causa retrospicere. et nisi magna esset necessitas non puto faciendum

vt vertant occiput altari vbi tota intentio sua debeat versari ⁊c

Quod sacerdos non confabulet alijs in missa sine necessitate.

Nonnulli etiaꝫ ꝑsonis offerentibus confabulantur sine neces-
sitate quod etiaꝫ reputo illicitū. quia nondū sermonem finierūt
quem domino dominorum inceperunt. Rogo te quid loqueris
cum lasciuis et pollutis. cui est sermo ad deum seriosus. non ꝑ-
pendens dominantis serium quem si puro corde in hostiam fu-
turam crederes proculdubio aduentum eius seriosa facie expe-
ctares. An credunt tales quod tēpus deficiet quibus sꝑ est diei
prolixitas vt labia sua in verbis exercitent pudibūdis. Obsecro
si non times deum omnia speculantem saltem ab hoste circum-
stante ribaldo gestus tuos per singula deridentem time. Si non
est deuotum cor. sit tamen deuota conuersatio. quia non est mag-
num quod te occidas qui per confessionem altera die resurgere
speras quod tamen disputabile est. sed maximuꝫ est occidere cir-
cumstantes non enim illi venerunt vt mortem quam malo exem
plo infers quererent. sed vt vitam quam conficis inuenirent ⁊c

Ad hec quibusdam responsio nō

est praua sed bona. Nam dicunt nolo simulare velut phariseus
Ad hoc dupliciter respondeo. Primo ꝙ melior est simulatio edi-
ficans qꝫ publicatio deuastans. Cadit phariseus celata iniqui-
tate. Edificatur populus visa pietate. Publicanus vero seipsuꝫ
perimit. insuper mores aliorum corrūpit de seipso penitet pro plu
ribus. phariseus luat. publicanus resurgat. vnus cicius. qr vn⁹
erigit multos. Dicunt forte cecidit in templo phariseus. iustifi-
catus est publicanus. Audi qꝫ longe sibi distant publicanus sa-
cerdos et laycus publican⁹ Ex peccato layci pauci cadūt qua-
lis forte erat ille quem euangelium commemorat. Sed ex dissolu
tione sacerdotum plures scandalisati sunt dum normā viuendi
in illis querunt. quibus dictum est Vos estis lux mundi. et dum
in illis lasciuum opus inueniunt mox occasionem peccandi ac-
cipiunt. itaqꝫ subiungunt. multa nobis dicunt sed nulla faciunt
quare si ea que laudāt in scripturis cernerēt vtiqꝫ disciplinatio-
res essent. Et si talia quottidie cogitantes facere non formidant
per quam regulam tu illorum doctrinam imitaris. ⁊c Aliter re-
spondeo ꝙ nō est simulatio que bonū instruit. Sed hoc pociusqꝫ
seducere intendit amicorum dei est ab intimis ad exteriora gest⁹

deducere peccatorū vero ab exterioribus incipere. et postea interiora cordis transmeare. Si ergo in exteriora conuersatione sancta incipere volueris rarissime ad intrinsecum thesaurum cordis gradieris. Cum enim homo membra exteriora ad cultū diuinum exhibet. mox surgit noua deuotio quam prius non nouit anteq̄ accidiosa mēbra ad sanctā ostēsionē stimularet Cassat vtputo in multis mentibus exercitiū vbi non prius in exterioribus exhibitionibus est cor vsitatum rc̄.

Consuetudines que fiunt in multis ecclesijs post simbolum.

Consuetum est in multis ecclesijs vt infra missam post simbolum sermocionatur. Iccirco a sacerdotib⁹ quibusdam tunc missam illā celebrantibus vidi consuetudinem vt de altari ad sacristā vel ad dotem transierunt qd̄ forte reprehensibile. vt nisi fieret causa notabilis necessitatis. videlicꝫ confiteretur vel horas compleret vl' confessionē alijs absentib⁹ audiret vel nature subsidium quereret vel aliam legittimā causam haberet.

Aliqui habent occasionem vt tempore pruinali se calefaciunt. non est illa causa sufficiens. quia hoc tempus bene exspectant vestiti duplicibus quaꝫ nudatus suffert ante fores ecclesie mendicus.

Multi dicentes. Dominus vobiscum vertentes se ad populuꝫ non expectant versi donec compleant verba hij forte verecundanī qui faciunt. hoc non laudo. qꝛ qui vult alios salutare non debet auertere faciem. donec salutationis compleuit sermonem et si vulgus respicit sibi in faciem respiciat ipse intrinsecus saluatorem. lasciuit inspicientis popli oculus inspecti sacerdotis visus. sit pudicus non spargat in hoc loco visum ad spectacula qui vtiq̄ȝ nescit redire cordis sine macula deuotionem.

Vt manus complicētur lecto euāgelio.

Dum legitur euangelium dn̄i deuote man⁹ modice extentas debēt complicari Idem sacerdos faciat dyaconum peragere quando eum legentem habeat.

Suscipe sancta trinitas

In hac parte quidam alte vltra caput solent calicem eleuare quod a magis sapientib⁹ ideo vitatur ne ydolatriam commitant. Cum enim simplices retrostātes tam reuerenter in altū leuatum calicem respiciunt mox incitati non adorandum adorabunt. sufficit in ea opinione vt leuetur in altitudinem oculorum celebrātis. Deposita hostia q̄dā solent eā signo crucis consignare sed eam signandam nō estimo nisi velut in sacro canone inuenio.

In lectione secretorum

Manus deuotissime circa pectus applicentur vt a corde exire videantur quicquid hijs sacratis verbis suppli catur. Insuper post lectionē secretoꝝ ante inceptionē p̄fationis locandus est liber taliter vt non sit necessarium ab hoc tempore vsq₃ ad communionem alter locari.

Verunq₃ videt̄ vt in cantu p̄fationis. presbiteri plusq̄ in alijs locis confundunt̄ qđ nimis alte incipiūt Et astutus est dyabol⁹ q̄ forte eos deuote gl'iari in hoc tp̄e temptat. vt in voce et deuotione confundat. Nam dū se in voce confusos cernunt deuotionē in officio canonis habere nō possūt. Incipiant igitur vt possint p̄ficere cogitatiōes Juxta illud. Nō clamor. sed amor cantat in aure dei.

Post sanctus et locionem digitorum vtile est vt tempe pruinali manus officiantes bene calefaciant. vt sacramentum sine negligentia tractare valeant. Quibusdā autē suggessit aliquādo sathanas vt ad laudem dei et remissionē suoꝝ criminum hoc modicu₃ tempus non calefaciendo manus frigus sustinerent. et du₃ acquiescerent suggestioni volentes sic pati gelu vt agerent penitentiam incurrerunt negligentiam vt nec possint signare nec hostiā manibus vt assolet tractare. sic ergo q̄ penitere voluerūt scandalū circūstantib⁹ fecerūt et mutata est penitentia in pctm̄. hoc ergo voluit ars dyabolica q̄ duxit sacerdotē nō calefacere man⁹ vt sc₃ staret frigore cōfusus et staret scādalisatus Qui ergo tempore oportuno carbones spernit mox compulsus frigore inoportune circa eleuatiōnē ignē apostulauit

Te igitur clementissime pater.

Ubi quidam solent caput quasi sup altare ponere incli nando. qđ nō solū reputo supfluū. immo dico q̄ est in-

cautum. Sit illis ergo modestia mēbroꝝ inclinatio. et maxima mentis hūiliatio. Et eundē modū tenent aliqui circa hūc passū. ¶ Hanc igitur oblationē. Dico ergo q nunqꝫ est caput suppo- nēdū altari. nisi ꝯtigat osculari vt ibi. Ex hac altar ꝑticipatiōe

Quid aūt dicēdū est de nimiū festinātib⁹ vel tardantibus in Canone Hanc questionē discutit ꝓuerbium Modus est pulcherrima virtus Puto tñ q hoc magis vsus doceat qꝫ voluntas. quia quidā volūt esse hodie festinātes cras tardiores. et dū volūt habere verū modū nequeunt. Quid ergo corrigim⁹ in hoīe qui ad tantū ꝑduxit habitū vt nequeat oppositū exercere. Estimo si quis te veliloquū vel motiloquū subito fieri iuberet. verba tua pocius ꝯfūderet qꝫ ornaret. siliter quoqꝫ motiloquo accideret. Eatenus sermonis velocitatē pluribus natura cōplātauit. quibusdā ꝯsuetudo maritauit. si male consueuisti poteris alterari: licet difficulter. sic nature qualitas mediāte exercitio licet difficile transmutat. vñ phus dixisse scribitur scdo phisicoꝝ Consuetudo alterat naturā. Si veliloquus cū attentione ꝓfert verba Canonis. nō est dignus nota rephensionis. vidi tardos in Canone circūstantiū animos in commotionem prouocare. Sed hoc nō terreat vt ideo velocius legat. qr non respondebit pro circūstantis ꝯmotione. sed pro suoꝝ v̄boꝝ forte corruptiōe tenetur presbiter vt in officio incepto ꝓcedat. sed nō vt velocius legat. ne circūstantes tediosos cōmoueat q̄re eleuationē expectāt. Missuz est pro sacerdote vt celebret sed q̄s misit ꝓ accidioso layco vt attendat. Tempus longū credit duz missā audit. qđ esset breuissimū dū stando occuparet forū. hunc quoqꝫ tedet chori sed nō fori: et exquo tanta vehementia officio abesse querit quare ecclesiā apertā nō ꝯsiderat. retinet illum ne exeat timor populi quare nō potius amor dñi. qr nunqꝫ reuersus est ad cor vt disceret quid amat. et qđ si sciret vtiqꝫ sine tedio expectaret. ¶ Procedite ergo pij sacerdotes dei velut vos doceat ꝯscientia. nō curantes quid loquantur inimici clericoꝝ. Nam et si oīb⁹ placere conabimini nouisse placuisse nulli. Quid ꝓdest mūdo fallenti placere et deo sapienti displicere. Si quis p̄mium vtriusqꝫ scꝫ dei et mūdi serioso circuitu pensaret vtiqꝫ malis displicere nullatenus formidaret

Qualiter signa crucis fieri debeāt.

Signant quidā manu integra nescientes misterium qđ index. i. prudētia. et medius. i. iusticia. in hoc tpe cōsignabūt. Habeat enī sacerdos in hoc loco prudētiā malum occurrēs vitādi. et bonū eligens iuste opandi. Vel hij duo

digiti signant vt sacerdos sacramentū qđ tractat vel tractatur⁹ est prodest ad vtriusq̃ʒ hominis salutē. Uel hoc signant duo digiti q̄ ꝯfiteatur sacerdos in fide ibi esse duplicē naturā in sacramento scʒ deitat̄ et hūanitat̄. vel ideo q2 sacramētū sub duplici specie consecratur. quare duob⁹ digitis consignat̄. et qui nesciūt misteriū ꝯmunē imitentur modū videlicet vt duob⁹ digitis consignent: paucos eīn intelligētes vidi manu integra ꝯsignare ⁊c.

Quidaʒ signādo breues. vt sic loquar. cruces faciūt ita etiā vt nō possūt videri si crucis sint figure an circuli mouēt eīn digitos vt brachiū vix moueri videat̄ Hoc aūt non laudo quia qua intentione hoc faciūt ignoro. vellem tn̄ vt crucis figurā facere non erubescerent digitis. Cuius figure pondus in dorso cernunt saluatoris. quod et illis dicendum est qui ita signant quasi manu plauderēt.

Quidam etiā longa signa faciūt. hec quāuis sint bona q2 manifesta. nō tn̄ sunt secura. q2 p brachij extensionē dependēs albe manica faciliter pararet calicis euersionē. Sufficit ergo vt signa includāt vtriusq̃ʒ speciei sacramentū Uelocia signa fieri qdā reputāt subtilitatē. ego aūt estimo animi leuitatē. Quamuis eīn cetera verba sint circa signoꝝ tn̄ vba sint moderata. Uerbi grā. Hec dona. hec mūera. hec sctā sacrificia illibata. vt intueri possit mens intenta que sit verboꝝ efficatia ediceres forte ꝯsuet⁹ sū signare velociter. icc irco dilectiōis velocitatē prius dixisti nō possuʒ vitare Rn̄deo nō est simile. q2 poteris pcipere manu signāti. sed nō tā comodose poteris pcipere ore loquēti q̃uis nesciat manū circūducere agitanteʒ morosius ad libitū. Sed si angariant̄ morose loquētes ad festinandū agāt vt q̄sq̄s velox ē Uerba ꝓgēt vt vterq̃ʒ fabricet ꝗmōeʒ ꝑfctū

Fiat dilectissimi filij tui

Ubi plures compositas manus tam diu et cuʒ notabili mora vltra caput tenent. vt credantur ab istis de lōge stantibus eleuare. Nam visū est post tale signū hoīes recedere tanq̄ corp⁹ diuinū esset eleuatuʒ. Et de hac causa forte bonum esset vt nunq̄ in aliquo signo manus extenderent vltra caput preter in sacri corporis eleuatione.

Qui pridie.

Ubi quidam oblatam accepturi reuerentiā inclinatōis cum manuū ꝯpositiōe faciūt. qđ non est faciēduʒ. nisi ꝑfecto sacramento. quociēs eīn post eleuationē tollet̄ tociens reuerenter inclinetur.

Accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas.

¶ Ubi quidam oblatam pollicibus tegunt vt tercia velata vix due partes videri possunt. Et habent causam scz vt firmiter teneant hostiam Sed si decimam partem mãciparent. satis secure et absq3 casu elevarent.

Hoc est enim corpus meum.

¶ Ubi solent quidam os prope hostiam ponere consecrandam tanq̃ se non credant conficere nisi hostiaz anhelitu afflent valde tales errant vt illum anhelitum fetidum forte putant conficere quod est misterium divinoꝝ verboꝝ de labijs pijssimi iehsu progressorum dicite si virtutem verbis ascribit? ad quid ergo anhelitum hostie aspiratis. credo vt saltem in modica capitis inclinatione consecrationem fieri sufficiat. ¶ Verba consecrationis ab aliquib᷒ cum longa interceptione silentij ꝓferunt. hij pariter errant: cũ constructibile a constructibili dividant. Si ergo cõstructionẽ indebite ferant: nec sub forma sermonis verba fabricant. Quis me sane intelligit si nunc dictiõem profero . per horã scdaz dicendo et sic deinceps. Deus qui oĩa intelligit ꝛ illos intelligit nam et ipsi conficiunt licet sine discretione verba consecratiõis sine silencij interceptione: cum summa intentione: cũ vno anhelitu indistanter sunt ꝓferenda. et sic hic optime recordaberis similitudinem. Divise sunt ꝑsone deitatis. quia nõ est pater filius. nec filius spũssanctus. nec ecõtra. Sed indivisa est essentia vnitatis. nempe singule ꝑsone simul sunt. Sed in hijs verbis ẽ divisio suppositoꝝ. quia non est illud ꝓnomen hoc ly meum nec ly corpus. Sed non est divisio vnitatis in effectu quia nullũ predictorum verboꝝ debet ab esse in panis transsubstantiatiõe . licz sit dubiũ vtrũ ly hoc demõstret corp᷒ xpi. Hoc aũt ad ꝓpositum non ꝑtinet disputare. Sed vt concludam intentum volo dicere ꝙ sicut nulla dictio secũdũ statuta eccl'ie debz abesse vt sacerdos conficiat. sic nullã ab alia dictiõe dividat. Et dico sine causa. qꝛ aliqui sacerdotes ex cã terrent' hora confectiõis. vt videlicz . Si lumen cadat: vel si aliqs circa altare insaniat Et si tũc ex terrore interrũpit nõ ideo peccat Nec assero incipiẽtes pccãre. sz dico illos sine discretiõe ꝓnunciare. Tercio dixi. Quia singule ꝑsone simul sunt. Ita recordare ꝙ hee dictiones sunt simul proferende.

vno anhelitu. nisi sicut dictū est de interp̄tatione verboꝝ cum ex causa occurrit impedimentū tunc intercipere anhelitum.

¶ Aliqui in ꝓlatione verboꝝ cum quib⁹ conficitur cruces ore faciunt et oīm p̄dictoꝝ puerilioꝛes existunt. quia hostiā quā manus b̄ndixit. quid ad hoc restat ꝙ ab ore b̄ndicatur. cuius benedictionis nulla penitus ratio assignatur. que si assignaretur tn̄ irrationalis videretur. Satis est ad deuotionis et consecratiōis effectū vt verbis simpliciter et discrete prolatis. sicut dictum est dum corpus dominicum consecratur

Qualiter hostia debet eleuari.

Mirabilioꝛ modus omnibus predictis est ꝙ aliqui tres eleuationes faciūt. Nam consecrationis verba completis hostiaꝫ ad altitudinē palme tollunt et sup altare leuatas manus reponunt et tunc genua flectunt. et iteꝝ hostiam super caput tollūt. et surgentes a genuflectione sacramentuꝫ tercia vice eleuant. parcat mihi illoꝝ reuerentia. taliter ludere cum sacramento videt̄ mihi fieri sine sapientia. Cum enim sancti patres vnam eleuationem statuerunt. cur ergo boni sec⁹ faciētes scdaꝫ et terciā addiderūt.

¶ Plures in eleuatione sacramentū in summo diu tenent hanc pro se habentes causam scꝫ vt populi stātes a longe meli⁹ videāt velut vt accurrentes sacrificiū cernant Nam et ipsimet habent modum vt sursū girantibus oculis hostiam respiciunt. Sic aūt illi cum circumstantibus si sacramentū oculis fidei et pure mētē conscientia intus nō cernūt modicū ꝓderit foris quod viderūt Subito ergo eleuata hostia submittat̄ successiue. non cū impetu vt quidā consueuerūt. quia non est deus altioꝛ sublimatus: nec depressioꝛ sub altari collocatus ꝙ si remote stantes videri delectarentur vtiq̄ꝫ propius starent. Et si propter multitudinem accedere non possunt sufficit vt eum credant queꝫ tamen non viderunt. nam tales credentes beati erunt velut Thome dictum est Beati qui non viderunt et crediderunt. ¶ Sed non tacebo de quodam sacerdote qui dum etiam eleuaret hostiam sursum diu tenens aspicere solebat Accidit vna dierum quod celebraturus ante predicauit et in precedenti tempoꝛe per aliquot dies ieiun⁹ caput debilitauit. Dum autē moꝛe solito in eleuatione sua erecta facie hostiam diucius inspiceret vertiginē sensit in capite et incepit facillare quasi velit cadere. ¶ Tali ergo percussus terroꝛe amplius dum officiaret in eleuatione sacramentum non aspexit sursū. sed eundē deū quē manibus eleuauit hoc tempoꝛe in mēte poꝛtauit. Nolo autem credas me velle dicere quod eleuantem sursum respicere prohibituꝫ sit. sed dico quod non sit necessariū

et velut exemplo ꝑsuasi quod est incautū ex natura debiles sursū respicere ne ad casū inclinent. Itē aliq̄ in eleuatiōe vertūt hostiā hinc et inde et forte hanc habent opinionem q̄ illi q̄ retro altare directe stant solum videant. Et q̄ illi qui ad latera altaris stant nisi sacramentum versum esset ꝓpter acumen et tenuitatē hostie non viderent. sed hoc non est necessariū q2 in hoc casu non visuz in quibusdam hoībus maiorem generat fructū. Cuius ꝓbationē ex multis accipies Solent hoīes quidem tristari quādo non viderunt corpus cristi dolent diem integrum et placidior est dn̄o dolor xp̄ꝫ se nō vidisse q̄ vidisse et in mēte nō meminisse Vn̄ multi sunt qui postq̄ corpus sanctū viderunt ad tabernā currūt qui nisi vidissent in ecclesia ꝑmāsissent. Preterea ab aliquib9 hominibus est consuetudo vt ea die qua sacramentuz corporis xp̄i non vident carnes vitant. si autem viderunt carnes comedunt. Si ergo tales in casu dicto corpus dominicū non cernerent. crapulam vitarent. quod vtiqꝫ satis salubre est. ¶ Preterea qui in vna missa non viderunt aliam expectant quā forte non expectarent. nisi videre neglexissent. ꝓpterea non posse videre sacrum corpus in eleuatione ad suiipsius cognitionem deducit per talez modum vt si homo cogitat. Tu vilis homo nō es dignus vt vidisses sacrum corpus eleuatū ꝓpter enormitatē peccatoꝝ tuoꝝ. et sic forte cum Dauid Qui se indignum altitudinez celi videre censuit. vitā protinus emēdabit. Sed nemo me in hijs que dicta sunt capiat. Quasi vellem dicere q̄ sacruz corpus xp̄i sit circumstantibus occultandum quod in conspectu hominū extat reuerenter eleuatum. hoc eni dicere nolo. sed illas versiones et lōgas eleuationes superfluas reputo nō debere fieri prout ratio capit. Solent quidam in eleuatione vltimos sex digitos extendere. ne hostia a parte post videri poterit. hoc ideo forte bonum esset: quia per hunc modum compellunt homines aliqui ante altare stare qui alias retro altare remanerent. Si autē multitudo erit hominum vt non vniuersi habeant locum ante altare possunt reflecti digiti vt retro stantibus non sit impedimentum visiōis.

Qualiter hostia eleuata dꝫ locari

Hostia locanda est ante calicem circa spacium quatuor digitorum: qui propius ponunt quotiens eam ad signa eleuaturi sūt tociens euersiones calicis formident. Qui autez remote ad dexteram ꝑtem altaris locare consueuerunt. forte alij cuz calusa vl' manica tetigerunt vel tangere timent.

Qualiter et quomodo calix debet

benedici et leuari.

Quidam benedicentes calicē dextera manu: cum sinistra euʒ in momento bñdictionis tenent totaliter eleuatū ab altari: sed alij solum sinistra manu contingunt non eleuantes dum illū dextera benedicunt. Hij duo modi sunt ambo rationabiles Prim⁹ quidem calicem tenendo in manu benedicit. ideo sic conficit qꝛ sic verba sonant quasi dominus ihesus instituens sic in manu tenens calicem benedixerit: quem modus primus imitatur. Secundus modus etiam rōnalis est scʒ qui contingit calicē ambabus manibus post hoc benedicens stantem cum altera manu ab altari penitus eleuando. hoc fit ꝓpter cautelam ne ꝓpter calicis grauitatem vna tenens manu incurrat negligentiaʒ. quia in hac hora sunt aliqui tam timidi ꝙ vix ambabus manib⁹ caute tenēt quod extra tp̄s officij digito subleuarent. volūt ergo tales tuci⁹ calicem stantem benedicere quā negligenter dominum incitare. Necʒ etiam euangelium vt puto determinauit. vtrum calix steterit vel eleuatus fuerit quem dn̄s bñdixit. Eleuant quidaʒ calicem fere sicut hostiam in altitudinem. sed hoc puto supsticiosuʒ quia quamuis alte tollant nihilominus non videt̄ sacramentū sufficit ergo vt ad altitudinē tollatur oculorum.

Supplices te rogamus omnipotens deus.

In hac parte quidam facie et complicatis manibus ad dexteram partem altaris inclinantes se vertunt sed magis laudo ꝙ manus ad partem complicentur. ex transuerso p̄ modū crucis.

Qualiter memoria mortuoꝝ fieri debeat.

In memoria mortuoꝝ quidam manus ante faciem tollūt sicut solent facere in memoria viuorum. Credo nō licere propter pn̄tiam sacramenti. in cuius aspectu nō est facies officiantis manibus occultanda Conuenienti⁹ ergo et reuerētius opinoꝛ vt in memoria sic ꝓcedatur mortuoꝝ. scʒ vt dextera manus ad dexteram partem corporalis: et sinistra ad sinistram collocetur. et sacramentum deuotissime inspiciat̄. ita vt facies non veletur. Vidi habentem hunc moduʒ vt dū memoriā vtramqʒ perageret sine intermissione tanqʒ iudeus iudeisans caput contra altare mouebat. ⁊ intellexi ꝙ tociens inclinauit quot personas quoꝝ memo-

riam agebat motu capitis insolenter memorauit. et hoc quasi sto
lidum credo. quia numerat actus rõnis que absq3 motu capitis
fieri debent. illu3 tamen quatenus dimitteret docere p̄sumpsi. q3
in hoc tempore presbiter non fui.

Per ipsum et cum ipso

Bibl. Jog.

Ubi quidam cruces longas solent facere habentes causa3 ꝓ
se vt hostia a circũstantibus videat. sed nõ est necessarium ꝓpter
illa que dixi nã ideo prius est eleuata. vt nõ sit amplius ostẽdẽda.

Omnis honor et gloria.

Ubi iterum aliqui vltra calicem hostiam eleuant moti causa
ex eadem quibus sicut ceteris dicendum est. Si placuisset eccl'ie
duas eleuationes instituere absq3 ammiculo subsequentium sta-
tuisset. Sancti patres quidem fuerũt qui ex doctrina spiritussc̄ti
officium misse statuerunt quibus placuit eleuatio vna que apud
quosdã sacerdotes geminatur.

Et ab omni perturbatione.

Ubi quibusdam non sufficit signatio oculorum et osculũ pa-
cis et vnum signum crucis quod fit cũ patena ante faciẽ. sed etiã
signant pectus et ventrem. etiã melius esset vt signarẽt mẽtem.
Nam quid est q̄ extrinsice multa signa faciunt si mentem a vi-
cijs nõ purgant. idip̄m vt dicit. Augusti. vt latrones faciũt vo-
lentes rapere circa crucem digitos ponunt crucis ne in faciem
ne per iudicem comprehendantur. Omnia bona sunt sed nõ oĩa
bene fiunt. Nouissime quidam etiam cum patena versus facie3
sunt ventilantes quãuis ex calore non sunt amentes. hoc etiã nõ
est cautum facere. quia posset seipsum presbiter in faciem iacere
quia labilis est patena rc̄.

Qualiter corpus cristi et sanguis in missa summi debeant.

Tales gestus circa tẽpus sumptionis sũt habende hoc carta
taceat et deuotio doceat. quale etiam sit habendum cũ illo collo
quium qui cordis subiturus est domum. require spiritũ deuotu3
non est tũc longa pausa cogitatiõis. vt cogitetur quis sit qui ac-
cipitur. quantus sit qui adesse creditur. qualis sit qui gustatur.
ad hec cogitanda non sufficit tocius temporis circulus. et si tp̄s
sufficeret: non sufficeret sed deficeret intellectus. Sint ergo v̄ba

breuia quatenus cogitetur per singula. ¶ Ihesu fili dei miserere mei. Si hoc puro corde dixeris. non est modicum quod dixisti. in hijs quinqꝫ verbis totum quod ad salutem pertinet inuenit. Quinqꝫ sunt verba et tamen expositione indigēt diuina non enī potest cartula capere qua indigerent expositiōe: nec potest mēs sapere q̄ plena sint vbertate. non inuenitur bonitatis fūdus vbi nominatur hoc nomen ihesus. Hunc inuocas. hunc accipias. hunc hospitas. considera quomodo viuas. non est paruū negocium tanto tempore domino parare hospicium.

Quidam sacerdos anteqꝫ communicaret et orōnes diceret stans inclinatus ad sacramentum: ponens pedē supra pedem: et dum ab eo causa illius requirebatur. dixit q̄ dn̄m ihesum sic stetisse in cruce recordetur. Et quare non potius perpendebat. q̄ dominus ihesus hoc sacramentum instituens in mensa recte sedebat. Sed non fuit illius reprehensibilis ratio q̄uis statio sit incauta. Ex facili sic eū stantem canis qui a circumstantibus agitaretur ad casum promoueret.

Aliq accipientes calicem: sūpturi sanguinem prius calicē in figurā crucis circūducunt anteqꝫ accipiunt sacramentū Non est hoc necessariū. qꝛ plenitudo benedictiōis infusa est. Etiam per hunc motū calicis tercia ps hostie intincta de loco anteriori cadit. vt non ita comodose et secure sumere possit sicut forsan acciperetur si calix non moueretur. sufficit ergo vt simpliciter et cum morositate accipiatur.

Aliq post p̄mā sūptionē multociēs lambūt. sed puto vt satis sit bis sumere. Et si quid speciei vere ibi remāserit ad ablutionem reseruetur.

Post sumptionē calicis alte quidā leuant calicem euacuatū et hoc modo blasphemantes rustici hoc ꝓuerbium receperunt. Nunc primo ꝑtem deo exhibet cum calicem euacuatum habet. Iccirco videtur mihi sufficere calicē in altitudinē moderate tenere. sic q̄ illa que ad hunc locū ꝑtinēt ūba possint pronunciari.

¶ Quibusdā est modus post ablutionē digitos lābere: aures. oclos: ceteraqꝫ mēbra delinire: hec sūt ostētatiōes pueriles. q̄uis viderim eas facere sapientes. quia has forte illis nō discretio sed vsus contulit.

¶ Accepta ablutione quidā ad ora et oculos puerorū vl' vetularum astantium liniunt et spargunt. hoc non laudo. nam species sacramēti quantūcunqꝫ modica ex casu digitis adherens posset ori et oculis misceri. vt aūt eorum desiderio presbiter satisfaciat: madefacto medio digito in vino currente de ampulla liniantur et aspergantur.

Lauant quidā post ablutiōis sumptionē cū conatu calicē cū tamē nulli sacramēti in eo videant speciē. Sit illis labor moderatior calicis. et maior cordis. Nā qui intus quod cordis est lauit: exteriora satis mundauit. Cum tanto enim conatu digitos ī calice lauerūt qdā astātib⁹ cōmūicaturis nauseā fecerūt.

Qualiter missa cum complenda debet concludi.

In salutatione complende aliqui vertētes se ad populū erecta frōte vagisq; oculis discurrētib⁹ astantes intuent in quo non aliud inuenio nisi geste rei obliuionē et cogitationū deuotaꝝ dissipationem: quos difficulter stabilire potes.: oculos autem facilime in hoc tempore firmare valebis.

Consuetudo est apud plures vt diuitibus astantibus finita missa super faciē corpale ponunt. hoc quāuis nō noceat tū astantibus pauperibus. scandalisantur. Vbi antē competenter vitari posset laudabile esset. quia est scriptum. Coram ceco non ponas offendiculum. Ipsi eni pauperes suspicantur. quasi non sint digni huius exhibitionis vel consimilis. Si autem sapienter pensarent. q: quos mundus despicit hos dominus oculis misericordie respicit. de huiusmodi non suspicarentur. Ventilatio post missā cū corpali ad oculos circūstātiū est ex cōsuetudine antiqua. Sed nescio si sit bona in se: forte est per accidens nociua. p eam eni destruuntur bona corporalia et fit populi pressura ita q aliquando retrostantes premunt ante astantes. Vnde quādoq; sunt instrepitu clamātes et fiunt impaciētes. Vnde notādum est q in multis experientijs hoc reperitur. q semper vanitas deuotioni pmiscetur Nam forte signat hec ventilatio apud vulgares vt ipsi sicut sacerdos ipse misse participes fiunt: et cū deuotione spūaliter sacramentū suscipiunt. Sed dum alij cum impetu accurrunt astātes casu ledūt deuotionē ī indignationē cōuertūt. vel nō lesi in risū prouocabunt pcussi corpali. sic qd deuotione est inciatū erit vanitate termiatū. atq; cū semine deuotionis exurgit zizania vanitatis ꝛc. Cui sile est qd in fine nouaꝝ missaꝝ inoleuit vt noui tyrones de altari transeūtes. occurrentib⁹ man⁹ supponunt pticipationē orōnū designātes. vulgus aūt plus de corpalibus gaudēs comodis dicit hanc ostentationē fieri vel valere capit pro dolore. Sic ergo vniuersi caput sanū optātes pmūt et viā sacerdot pediūt vt illū trāsire vel abire nō pmittāt. Stat ergo pulsꝰ ī medio. clamor orit in poplo: et forte pegrinātiū cāt ibidē lesio: et amētiū aggrauatio. ac toci⁹ catue pfusio. Ecce quō deuot⁹ popls fact⁹ ē vanitat lud⁹ Quid dicē⁹ Hec causata ē fides. q:

creditur q capitis valeat p dolore. qd fit ment9 p salute Redit sacerdos qz nō pōt abire detētus. corrūpit ecclesiastica disciplia qz clamāt qui silere deberēt Prope est periculum. quia psonaruz oppressarum debilis est conditio. Ordo peruertitur. quia qui regere deberent reguntur. bonum esset opinione mea qd hec et cōsimiles consuetudines cessarentur. ne tot mala sequerentur.

Etiam tacere nequeo quia conscientia me ad hoc cogit

Vidi quosdam sacerdotes etiam magnatos in solennitatib9 homines offerentes cum reliquijs signare et oscula prebere Audiui etiam magnas indulgentias de eisdem pnunciare pro quib9 nunquā viderent vel audiuerunt aliquaz cartam pape aut diocesani dicunt esse reliquias alicuius sancti z forte est os alicuius asini vel damnati. reliquias pronunciant. de euangelio stilū auaricie student. deuotione suiipsius et populi salutem impediunt. debent missam celebrare. et pro viuis et defunctis orare. conantur populum sibi comissum defraudare. Si oratio vniuersorum efficitur. symon populorum De alijs taceo et cōmitto eoz conscientie. Si non intelligunt enormitatē talium peccatorum interrogent vt informentur ne vna cum alijs pereant.

Post recessum altaris quid sacerdos facere debeat.

TRansituris ad altare omnibus cum domino est loquendum. Non est visus estimo sacerdos qui nō antequā altare accederet aliquas speciales pces domino decantaret. Sed non omnes orātes ad dominum preces fundunt quādo eū sacramētaliter acceperunt. Que aūt et qualis tam magna obliuio est vt absentē inuocamus. nec psentem adoramus cum deuotione accedimus et recedentes in desolatione permanemus. Quid vult hec puersitas q futurum formidamus quē presentem non timemus. Dum enim accedimus futurus est et timetur. Dum autem recedim9 presens est et statim vanitas exercetur. O pijssimi domini et fratres scio. quia illud ex malicia non facitis. sed ex eo solo quod ordinem rei non pensatis. Quis vestrum post missam ad paruulā horam meditationi se non daret si accepti muneris pensaret dignitatem. Orastis ore accedentes. meditamini corde recedentes. Preparamenta vestra dictauerunt patres. incitamenta vestra

dictauerunt pure intentionis. Et si nō durabit disciplina vestra ad prandiūz perseueret saltem ad pauxillum. quia plus valet il quam omnino nihil. quia largus est domin⁹ qui post paucā maxima cōsueuit erogare munera.

Exemplum de quodam sacerdote.

Audite quid acciderit in meis partibus sacerdoti qui exutus post missam genua flexit vna vice ad terram vt breuissimā diceret orationem: qua peracta incepit surgere vt abiret. et ecce subito cecidit in eum vna dulcedo spiritualis modica: et perseuerauit diucius ne abiret. et tantum accreuit deuotio donec totus in facie lachrimis pfunderet. Demū cum a facie lachrime distillātes et magne currentes anteriores partes vestimentorum madidarent iubilantis in manifestos sonos prorumpit leticie: ita vt se ab huiusmodi singultibus nō valuit continere. Tantum aūt anhelantis strepitus inualuit vt circumstantes eum crederent insanire. qui prius tales in eo gestus non viderunt. Postremo aūt sedatis deuotiōis vagitibus cepit procumbens magna mentis dulcedine affici. Sic itaqz in deuotione ludens iacuit vt fere longus sermo ad populū in ecclesia cōsumaretur. Cum aūt remittebatur celestis cōsolatio surrexit ille deuotus presbiter tanq̄ dulciter dormiuisset. et accedens vt finē sermonis audiret. Audiens igitur verba predicantis denuo cuz lachrimis ad dominum dulciter suspirauit: naz et sermonis vba deuoto suspirio digna videbātur. Erat enī sermo qui habebatur in hac die scz Penthecostes de spiritussācti habitaculi p̄paratiōe qui nō deuote suspiraret qui hunc dignum et commendabilem hospitem hospitaret. Ipse enī spirat. et ipse est pro quo suspirat. Tale enim ab hac dilecti consolatione susceperat signum vt ab hora sexta vsqz ad horam nonam videbantur. in facie vestigia lachrimarum Cum autem quesiuissem ab illo causam tam triste faciei non sciens negocium quod ipse habebat. subridens ait. Nolite pater nolite tristiciam nominare. quia nouā hodie vidi leticiam. quia idem presbiter in mea nunc temporis fuerat confessione. non tamen semper sed in aliquibus casibus. quia in vno opido non simul habitam⁹. Adiuratus per me cepit quantū potuit verbis enarrare quod acciderat Etenim vt probaui plura in corde retinuit que verbis explicare non potuit. tantum autez

sufficit cognouisse q humilitas orationis recipit: qd levitas me-
tis invenire non valuit. Post hoc cum eundez presbiterū haberē
requisitum si vnquaz prius talem habuisset vel postea recepisset
graciam vel consimilem. Respondit: non. Cui ego. quid ergo
proderit tunc recepisse: quo nunc priuaberis. Qui ait. Hec grā
semel data innumerabilium graciarum est causa Hec mihi fidei
est firmitas: spei certitudo. charitatis augmentū. iusticie muni-
mentum. ad omnes virtutes incitamentum. Hec mihi fuga vi-
ciorum Hec mihi in affectione solacium. in temptatione suffra-
gium. in casu subleuatio. in angustijs solamen. Quid plura fortē
ero mentis dum illius recordor visionis. Etenim nimirum quia
quātumcunqz sit modica scintilla celestis gracie que ostenditur
tamen plus allicit q̄z oms̄ thesaurus qui a filijs seculi possidet.
Sed heu non queritur quia non videtur. Videretur aūt si ocul9
mentis ab illecebris custodiretur et mundaretur. non est in cul-
pa visibile sed videns. Quid enim magis proximum illius grā
cuius sumus: per quem sumus: in quo sumus. Cuius nanqz esse
est necesse: sicqz dum tam propinquum non cernimus nos igno-
ramus. Quomodo autem adinueniat nescio qui seipsuz ignorat
Deum querere est nosipsos inuestigare et ad nos inuētos redire
Quid aliud putas q̄ deum inuenire Rursum qui seipsum inuē-
tum non perdit profecto deum non inuenit. Ait enim. Vbi ego
sum illic et minister meus erit. Et ipse deus est in corde sacerdotē
per internam illuminationem. Et quare ibi non est minister eius
scilicet sacerdos per eius illuminationis susceptionem. ideo non
est ibi. quia nondum se perdit exterius vt se inueniret interius.
Vocat cristus interius sacerdotez vt attendat strepit foras pre-
sbiter ne attendere valeat Quō vocat christus Vsquequo piger
dormis: nescis q adest hora rōnis vt requiram a te quomō mer-
cedem tibi traditum dispensasti. putas modicuz rōnem reddere
inuenti tam magni thesauri quē negociare angelis nō tradidi.
et in hac parte digniorem illis te feci. Ecce vocat dn̄s et absens
est vt respondeat sacerdos quo frater dilecte transiuit. ad secu-
laria negocia iuit. Et si aliquādo presens est vocante dn̄o: obdu-
rat aures suas ne audiat. quid loquatur dominus. Quare obse-
cro spernis vocem salubrem. Ecce minatur dominus tacenti pe-
riculum et non audit vt fugiat ipsum. Cito inquit veniā et mo-
uebo causaz delabrū tuum de loco suo. Et quare hoc facies domīe
quia non audiuit vocem qua clamaui ad euz. Pulsa domine ihū
vt audiat. Noli pater misericordie corripere nos in furore tuo
sed excita dulciter vt sermones tuos accedam9. Sed quādoqz

sacerdos devotionem habuerit per talem vel consimilem modū cogitet etc.

Item oratio multum devota ante missam

Ecce benignissime domine ihesu christe fili dei vivi ego indignus peccator memor tam inestimabilis charitatē tue. quā humano generi exhibuisti. quando nascens ex maria virgine homo fieri voluisti. Exemplo sanctissime cōversationis tue et verbo predicationis viam eterne salutis nos docuisti. Innumeros dolores ac labores et iniurias pro nobis pertulisti multa dura etiā indigna passus ac crucifixus et mortuus es propter nos vt ab eterna morte redimeres nos. insuper vulneratus lancea militis tuū preciosum sanguinem copiose in remissionem et ablutionē peccatorū nostrorū de tuo piissimo latere effudisti. Qui etiam ad perpetuam tante charitatis memoriā in cena tua vltima transiturus de hoc mundo ad patrem venerabile et salutiferum tui corporis sacramentū instituisti. et in eodē sacramento. teipsum cibum et potum salutarē animarū nostrarum nobis preparasti. et sumendum imperasti dicens. Accipite et comedite ex hoc omnes. Qui etiam ad ipsum venerandum sacramentum per famulos tuos presbiteros in altari quottidie cōfici et in eodem sacramento tuipse per misterium pro nobis iterum pati et manibus eorundem presbiterorum per singulos dies pro salute nostra in tui memoriam offerri voluisti. Tante ergo dilectionis tue memor intendo facere quod tu domine fecisti tunc et a nobis famulis tuis presbiteris fieri precepisti et quod ecclesia tua sancta te auctore fieri instituit. volens scilicet te cooperante consecrare seu conficere corpus et sanguinem tuum suo loco et tempore Canonis misse nostre: et offerre te dominum deum salvatorē meum: cum apertis defluentibus vulneribus tuis deo patri tuo. tibique et spirituisancto. in memoriam piissime mortis tue: immo omnium amarissimorum dolorum tuorū corporalium et spiritualium quos pro nobis miseris redimendis: informandis: et inflāmandis ab instanti conceptionis tue in vtero virginis matris tue vsque ad mortem crucis. magnis ardoribus amore nostro crebrius sustinuisti. In memoriam insuper gloriose resurrectionis tue et admirabilis ascensionis: ad gloriam et honorem summe trinitatis: ad venerationem et congratulationem benedicte ma-

tris tue tocius celestis curie: pro graciarum actione omnium be
neficiorum tuorum: pro contritione: penitentia et satisfactione
omnium peccatorum ab origine mundi commissoruz: et ꝑ pace
et salute ecclesie tue sancte militantis viuentium et defunctoruz
Accedo ergo licet vere indignus ad altare tuū sanctū domīe. vbi
etiam te miserante recipere cupio te dominum deum et saluato-
rem meum in tui memoriam et infirme anime mee medicinam
qui es predulcissimus cibus et potus dulcissimus sanctissimi: et
matris tue sanctorum quoqꝫ angelorum tuorum ac omniuz bea
toruz. Sed cōfiteor tibi domine hiesu criste et benedicte matri
tue semper virgini ¶ Marie: sancto angelo meo ac omnibus su-
pernorum spirituum ordinibus: sancto Johanni baptiste: sanctꝭ
Aplīs: Euangelistis martirib⁹ Cōfessorib⁹ Virginibus. ac oīb⁹
sanctis tuis. ꝙ nequaqꝫ dignus heu nequaꝙ paratus sum susci-
pere te agnum dei immaculatum: in tam immundum et impre-
paratum cordis et corporis mei hospicium. propter innumera-
bilia peccata mea quibus te dominum meuz a puericia mea vsqꝫ
nunc ad iracundiam prouocaui. et meam conscientiam pollui
et grauaui. Peccaui heu contra mandata tua: multipliciter ea
transgrediendo. Peccaui heu contra sacramenta ecclesie multi-
pliciter ea indigne sumendo. tractando et ministrando et cōtra
omnia iura et maiora meorū instituta varijs modis agendo pec
caui. heu multipliciter contra professionem et ordinem meum.
Et contra vota monastica corde. ore. opere et omissione. ¶ Con
fiteor tibi domine ꝙ interiora mea et exteriora a planta pedum
meorum vsqꝫ ad verticez capitis mei varijs iniquitatibus et pec
catis multipliciter inquinata sunt et respersa. Adhuc confiteor
tibi domine et grauiter me coram te accuso ꝙ de vniuersis et sin
gulis peccatis a me et occasione mei commissis et de omnib⁹ bo-
nis a me et occasione mei omissis contra te contra proximos. cō-
tra ordinem meum et contra meipsum. non sum ita cordialiter
contritus neqꝫ tam plene et distincte confessus. neqꝫ per condig
nam penitentiam emendatus. sicut mihi expediret ad salutem
et tibi congrueret ad honorem. ¶ Sed indulgentissime domine
qui venisti populum tuum saluum facere a peccatis eorum. cui
proprium est misereri semper et parcere. ¶ Qui dixisti ore tuo
benedicto. petite et accipietis. qui misertus es dauid prophete
adulterātis et occidētis. Qui misert⁹ es petro aplī te negātis et
amare flētꝭ. Qui misert⁹ es marie magdalene tuos bn̄dictos pe
des suis lachrimis rigātis Qui misert⁹ es latronis sero penitētꝭ

Qui mulierem in adulterio deprehensam condemnare noluisti. Qui innumeris peccatoribus te humiliter inuocantibus pctōꝝ veniaȝ prestitisti. Te domine cōtrito et humili corde rogo vt me tam indignum peccatorem nō spernas ꝓpter innumerositatem et magnitudinem pctōꝝum meoꝝ. sed propter infinitum meritū tocius crucifixe vite tue. ac ꝓpter merita et pces benedicte matris tue et omnium sanctorum omnia peccata mea quibus iram promerui mihi misericorditer dimitte et fac me tuum sacramētum tam deuote tractare et sumere vt consequi merear virtuteȝ declinandi a peccatis graciaȝ sectandi quod rectum est in cōspectu tuo. Pacem veram et finem bonum et iugiter tue ꝓtectiōis consilium et auxilium. et post hanc vitam miseraȝ fac me pticipē tue redemptionis Insuper misericorditer respicere digneris illos et illas pro quib⁹ te specialiter offerre propono vt bonos cōfirmes. malos ab errore reuoces. afflictos cōsoleris. temptatos eripias. discordes in bono concordes. purgandos a purgatorio liberes. et omnes fideles adhuc viuentes in viam salutis eterne dirigas. ac omnibus fidelibus defunctis pro quibus orari velis requiem et lucem perpetuam tribuas Qui viuis ꝛc̄.

Meditatio deuota post missam aut ante missam.

O Omnipotens et misericordissime de⁹ qui me plasmasti cum non essem et de casu primoꝝ parentum p morteȝ tuam innocentem reformasti. qui me peccatorem ad tantum dignitatis officium elegisti. Quid tibi respōdebo si tanta attrocitate repetere vis ministeriuȝ mihi commissum de tua benignissima largitate. veruȝ est vt ipse confiteor qm̄ in vanitate positus sum sepe legem tuaȝ et mandata tua derelinquens propter quod non sum dignus tractare sacratissimū corpus et sanguinem tuum. et quis auderet te attingere nisi mors tua sanctissima et innocentia tua purissima satiffaceret pro peccatis: et meritum tuum preciosissimum staret pro delictis. ego vtiqȝ peccator. tu innocens ego negligēs. tu complens. ego fragilis. tu summa fortitudo: ego deformatus tu inestimabilis pulchritudo. ego morti propinquus. tu vero solus es eternus. in me innumerabilis macula. in te puritas impermixta. Domīe graciose cui prosunt hee que in te inueniuntur medicine. nunquid angelis bene valentibus opus est medicus. non vtiqȝ sed male habenti peccatori. Sana me ergo medicorum optime in omnib⁹ sensib⁹ meis vt tuis subsidiis ad gloriā laudis tue flectamur.

Multe sancte meditationes possunt fieri post sumptionem talis sacramenti: vt meditando quasi etiam cristus visibiliter et corporaliter ante eum perpenderet. cogitet de celesti gaudio. de penis inferni. de extremo iudicio. et sic de singulis. Per tales sanctas meditationes posset homo promereri graciam dei et peruenire in noticiaz veritatis. Inuocemus ergo spiritum sanctum absqz cuius cōsilio et auxilio nihil in esse consurgit. nihil in vita persistit. Sine cuius auxilio nemo quicquam saluti congruum compilauit. quatenus nos sua gracia illuminare dignetur Amen.

Impressum Liptzk per Cunradum Kachelouen
Anno domini Millesimoquadringentesimo Nonagesimo septimo.

Bibl. Jag.



XIV. 4. 35

54

